



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Antistrophe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

est in abusu nominis, & etymologia, vt, bellum, quod minime bellum.

Antistasis.

Est, cum idem verbum reperitur in contrario sensu, vt, *Iul. Ruf. p. 33. Vna salus victis, nullam sperare salutem.*

Et] Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

Hæc Latine dicitur *insensio*. Eadem *traductio*, & *analepsis*.

Antistæchon.

A' *ὑπίσταν*, Athen. lib. 2. est *oppositio literarum*, vt, *φίλην, πάλιν*.

Antistroche.

Aquila 20. Conuersio. Species huius figuræ cum eandem ferè vim habeat, contraria est epanaphoræ, eo quod ibi ab eadem parte orationis sæpius incipitur, hic in eandem partem definitur: cuiusmodi est hoc, pro Fonteio.

Fruenti maximus numerus è Gallia, perditatus amplissime copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Eadem *epistrophe*, & *conuersio*, & *epiphora*.

Antistheton.

P. Rutil. p. 11. Hoc pluribus modis fieri solet, & habet in omni genere orationis summam utilitatem. Quare separatim demonstrandum est de vnoquoque genere eius.

Carissimi. Vnum est, cum contrariæ res inter se conferuntur. *Charisij.*

Alter eorum erat in dando benignus, alter erat in accipiendo astutus. Hunc omnes conquirebant: illum vitabant, ne ab eo viderentur. Huius enim pudor erat omnibus iucundus: illius autem impudentia, ipsi suavis, cæteris amara.

Hoc idem fieri potest in vna persona, ita, vt fecit Dinarchus, cum ipse de se diceret; Olim in adolescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum inuasit odium: tunc facile multis operulabar, nunc iam me ipsum tueri vix possum: tum mihi beatissimus videbar, si quampluribus benefecissem; nunc contra vereor, ne quid mihi desit ad necessarium ætatis meæ cultum; tunc ego ipse pro republ. fortiter arma capiebam, nunc præterquam laudare eos, qui rempublicam armati defendunt, nihil valeo.

Isidorus.

Est etiam genus huiusmodi, quod in eadem sententia, priori verbo contrarium quod est, infert, & coniungi solet. Isidori. Non ille stultitia, aut furore impulsus, tam graues labores

frustra subiret: sed ex acerbitate laboris, iucundos voluptatis fructus sibi parabat.

Aliud est item, quod superiori infert, sed consequenter ita, vt fecit Demetrius Phalereus.

Nobis primùm Dij immortales fruges dederunt: nos quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri rempublicam reliquerunt: nos etiam socios nostros de seruitute eripimus. Itaq; & amplissimus nobis honos ab omnibus habetur, & propter huius honoris dignitatem superbiam nostram nemo vestigium experitur.

Antistheton, oppositum ex contrarijs. Hæc figura constat ex eo, quod verba pugnantia inter se paria paribus opponuntur. Cuiusmodi breuissimum est illud Ciceronis:

Domus decrat: at habebas. Pecunia superabat: at egebas. In pace ad vexandos ciues acerrimus, in bello, ad expugnandos hostes inertissimus.

Antizugmenon.

Sive *inimicum*. Hoc genus enumerationis diuersam habet vim à *Diazugmeno*: ibi enim copia verborum iactatur, hic breuitas. Nam, vt in superiore singulis membris singula diuersa reddimus: ita hic plura in vno coniungimus, quale est hoc:

Quorum ordo humilis, fortuna sordida, natura turpis ab oratione abhorret. Hoc enim postremum, abhorret, ad tria refertur. Sin autem hæc figura ita fit, vt in postremo sit pars orationis, quæ duo, aut plura membra coniungat, tum in primo, tum in medio *inectio-nem*, seu *ἰσχυρὸν* vocemus licet.

Præstat autem vim orationi pluribus verbis in eandem rem collocatis, non idem significantibus, sed maius aliquid: hoc modo, Verberatur, eruciatur, necatur.

Antisthefsis.

Est cum verbum verbo pari potestate per contrarium redditur, vt [Seque nouo veterum deceptum errore locorum.] Et] Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus. Latine *contrarium*, vel *oppositio* potest dici.

Antonomasia.

Est *pronominatio*, vt, nouus Arpinas, pro Cicerone.

Apavehmesis.

Annueratio, quæ fit perspicuitatis gratia. Vt *πρώτον ἢ τὸ δῶδεκαρον ἢ τὸ ἴ.* Hermog. lib. 1. *πρὶ ἰδύωμ.*

Apha-